



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An si quis uno continuato sermone in eadem re ter perjuret, sufficiat,
si in confessione dicat se falsum jurasse? Et notatur, quod si quis aliquem
uno iræ impetu ter, vel quater pugno percuteret, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

matur interior: nihilominus quando sunt actus efficaces, explicandus est respectus ad plures personas, vel obiecta; quia praeter malitiam illam, quam habent in illa specie, quae interior consummatur, habent etiam plures alias malitias in materia in qua sunt actus externi, qui ab illo actu efficaci procedunt; v. g. si quis vno actu odij efficaci odisit de cem homines per modum vniuersitatis obiectum, volens efficaciter illos occidere; tunc actus ille, quamvis in ratione odij non habeat nisi vnicam malitiam ex vno adaequato obiecto illius multitudinis hominum per modum vniuersitatis considerata; in ratione tamen homicidij tot habet malitias, quod sunt homines, quos intendit occidere, quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus iuxta dicta. Vnde licet ratione malitia odij non teneretur explicare multitudinem personarum; ratione tamen malitiarum homicidij illam explicare tenetur. Hæc omnia Dicastillus.

4. Ex quibus appetet in simplici complacentia non esse necessarium explicare respectum ad plura, quæ per modum vniuersitatis respiciuntur, & idem patet responso negativo ad questionem propositam in titulo resolutionis de qua interrogatus fui.

7. Occasione supradicti dubij tunc etiam discussum fuit, an qui furatus est centum satisfecerit in Confessione si dicat furatus sum quinquaginta, & negatiuum sententiam docete. Ouidem respondi in 1.2. D. Tr. 5. contr. 5 punct. 6. num. 1. 28. vbi sic ait;

Monet bene Henriquez, quod etiam si duas personas eodem actu maledictione percuteare, duplex peccatum non sit; modum istum maledicendi simplici actu explicandum esse in confessione, quod necessarium iudicio, vt individuum peccatum explicetur. Similiter ob eandem rationem, iuxta sententiam afferentem in illo actu tantum esse vnam malitiam, etiam retenta opinione ad circumstantias aggrauentes explicandas non obligante, censeo non facilius precepto confessionis, si dicatur in vnum hominem maledictum conieci, quia non explicatur peccatum individuum commissum, sed aliud: debet autem factem confusè explicari peccatum individuum commissum quod non sit, dum aliquid pertinet ad substantiam individui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat individuum. Ob hanc rationem etiam circumstantiae aggrauentes in confessione explicanda non sint; ille qui furatus est centum aureos, non latifaceret precepto confessionis, si diceret furatus sum quinquaginta aureos, quia in hoc individuo explicato nec confusè continetur commissum, videlicet furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. Ita ille, qui latè discutit, an ratione distinctionis numericae obiectorum peccata numero

RESOL. XXX.

An quando quis profert vno actu coniuncta in Deum, afferendo seipius Dio ingiusto, Dio ingiusto, &c. teneatur hoc in confessione aperire?

Et adiungitur, quod in confessione non sunt exprimenda, que verba contumeliosa fuerint in Deum vel Santos prolati, ex eo quod omnes contumelia sunt eiusdem speciei. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 51.

§. 1. Respondeo negativè, quia tunc quot sunt cō-
vita in Deum, vel Santos tot sunt peccata, quando sunt diversa formaliter: ut si quis diceret Deus iniustum, & Deus non esse omnipotentem; sic enim variantur formaliter coniuncta: vel quando, interrupitis actibus, dicta coniuncta proferuntur: fecūs

Hh 2 autem